



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Corpus Doctrinæ Christianæ

Melanchthon, Philipp

Lipsiæ, 1572

VD16 M 2890

Qvare Leges Ceremoniales & Forenses prorsus omitti possunt?

urn:nbn:de:hbz:466:1-36094

QVARE LEGES CEREMONIALES

& Forenses prorsus omitti possunt?

R E S P O N D E O. Quia tantum promulgatae sunt, ut durarent ad etum tempus, donec mensura erat politia Mosaica, quæ constituta est hoc consilio, ut esset certus locus & certa stirps, in qua nasceretur, & eret, ederet testimonia, offerret sacrificium, & refusciaretur Messias. Et hanc gentem voluit Deus confici, & segregari ab alijs gentibus, ideo attribuit ei certos ritus. Prædictis autem Deus postea eam poliemus interitaram esse. Ac anni sunt ab exitu Israëlitarum ex Aegypto, usque ad destructionem postremam Ierosolymæ 1582. Ac simul tunc politia Mosaica extinctæ sunt leges ceremoniales & iudiciales, quæ haec res ipsa fuerunt nervi huius politiæ, seu potius ipsa politia, nequam obligant alias gentes, ut ex actis Apostolorum Capitulio 15, & Epistola ad Galatos manifestum est.

C Y M I G I T V R L E X M O R A L I S N O N

possit deleri, quis est eius usus?

Træs sunt usus. Primus est paedagogicus seu politicus, ad omnes homines pertinens, etiam non renatos & Ethnicos, quod videlicet obligat omnes, ut regant externa membra seu locomotivum, ut interna facta congruant cum lege Morali, & sancte penas etiam corporales in hac vita, aduersus eos, qui admittunt externa delicia, quas Deus vel per magistratus, vel alijs modis sumit de sacerdotibus. De hoc sic dicitur: Lex est posita iniustis, id est, premens eos, coercens vel puniens ac detinens contumaces. Huc pertinent haec regulæ: Qui gladium accepit, gladio perirebit. Scortatores & adulteros indicabit Deus. Ve qui spoliis, quia spoliaberis. Quibus dictis confirmatur regulæ: Atrocia delicta puniuntur atrociis poenis in hac vita, quia Deus est tuus fons iusticie seu legis. Etiam in vita politica vult seruari normam sue iusticie, & non seruantes horribiliter destruit. Id exempla quotidiana ostendunt. Sunt igitur & ex doctrina primorum patrum, & ex experientia traditæ sententiae legales, etiam apud Ethnicos.

Cernit Deus omnia vindex.

Οὐ τὸν ἄνθροπον τοῖον τέλος θυτὸν ἴκανον. Et similes innumerabiles. εντὶ μηδὲ πνευστῷ φρένες ὀκύτεροι, τραχέαι τε πόντοι τοῦ Θεοῦ ανθίσουσι περὶ δίκαιος δόλιοι, τραχέαι ἐπόντων πρὸς ἐπίσθαρτον οὐδεν.

I T E M :

Εἰσερχομένοις τῷ βίῳ δίκαιοι θάψονται. Et quia talis est præsentia Dei in toto genere humano scelerum puni-